

mè præcedentibus dixerat. [Si aſcendero in cœ- lum tu illic eſ; ſi deſcendero in infernum, ades.] Perinde ergo exiſtimavit dicere [Ibi ades] vel ſine a ignes. [aut ſibi me renebis:] non certe alia rōne, niſi quia operatio habet adiunctam rea- lem præſentiam.

Ratio D. Thomæ expenditur.

Nihilominus Scotus in 2. diſt. 2. q. 5. & in 1. diſt. 37. & ibi Ocham, Gabrieli, & aliis non ſolum illa nō eſt viſa demonſtratio, verum nec ſufficiens ratio. Primò, quia illud principiu, mo- uens, & motu, debent eſſe ſimul; non eſt hæte- nus ſatis demonſtratum, nam Anſtoleſis nullā eius rationem à priori, imò neque à poſteriori generalem rationem adducit, ſed ſolum id probat inductione quadam ſaris incerta, & quæ in nonnullis ſingularibus deſicere videtur; & in aliis eſt tam occulta vt experimento nō coſtet.

V. Secundò ac præcipuè, quia licet demus eam conditionem eſſe neceſſariam in agentibus finitis in Deo, qui infinita virtute operatur, non eſt cur ſit neceſſaria, nam ſicut ex limitatione virtu- tis provenit, q. agens, finitum in ſphæra limitata operetur, & non ultra, ita neceſſitas realis præſen- tiæ & coniunctionis cum paſſo pot ex limitatio- ne virtutis, provenire, Vnde Aſtop. in dicto lib. ad Alexand. cum retuliſſet nonnullos veteres ſen- ſiſſe Deum in rebus omnibus eſſe, ob hanc ipſam rationem quòd ſcilicet omnia efficiat: hæc enim ſunt Ariſtolelis verba, [Vetus ſama eſt, & quidè hæreditaria moraliū omnium, vniuerſa a Deo, & per Deū nobis eſſe conſtituta. Nec verò ulla natura per ſe ſufficit, orbat a ſalute quā ille ſer- rat. Quapropter nota illaone,] veteres nonnulli adducti ſunt vt dicent hæc omnia Deorū eſſe plena. Cū igitur hanc ſententiā Ariſtot. retu- liſſet, ſubiungit diuinæ excellentiæ magis cōue- nire, vt in vno ac ſupremo loco reſidens, omnia inde efficiat. Significat ergo, licet in inferioribus & imperfectis cauſis ſit ea neceſſitas coniu- ctionis vel propinquitatis ad effectum, vt eū age- re poſſint, in cauſa tamen eminentè & infinita nullam eſſe huiusmodi neceſſitatem.

VI. Et confirmatur primò, nam in agentibus natu- ralibus pot intelligi hæc neceſſaria cōditio vt an- tecedens ad actionem, eò q. ſemper ſupponant ſubiectum in quod agant, cuius propinquitas & applicatio neceſſariò ſupponenda ſit: at verò in Deo, ſaltem quoad primam & præcipuam actio- nem, eique propi ſſimam, quæ eſt creatio, non pot hæc cōditio præſupponi ad actionem; quia ex parte effectus nihil ſupponitur in quo Deum eſſe oportet ad agendum in illud: ergo ex hæc actione vel effectū eius non pot à poſteriori colli- gi hæc cōditio. Quod ſi dicatur, in hæc actio- ne Dei hæc conditionem eſſe conſequentē, non antecedentem ad ipſam actionem; ſequitur in pri- mis, ex hæc diuina actione non colligi exiſtentia Dei in rebus, ſed aliunde oſtendendam eſſe illā conſequentem. Nam viſ illius illationis nō poſ- ſet ſumi ex cauſalitate, neque ex conditionib. ad cauſandum requiſitis; ergo mediū aliud eſt que- rendum, vnde probentur ex tali Dei actione ſequi talem præſentiam.

VII. Confirmatur ſecundò Theologicè, quia nūc

A de factò diuina virtute ſit vt aliqua cauſa imme- diatè operetur in diſtans, vt in materia de incar- natione de Chriſti humanitate probatum, ergo nō eſt hæc cōditio ita neceſſaria ad agendum, vt prorfus repugnet ſine illa operari; ergo ſi per im- poſſibile fingamus Deum cum tota virtute acti- ua infinita intenſiua, quam nunc habet, eſſe in vno definito loco, nihilominus poſſet agere in locis diſtantibus, quia talis modus agendi in ſe nō inuoluit repugnantia; ergo nō repugnaret vir- tuti infinitæ ſi alioqui non eſſet inuenſa: ergo præcise ex actione Dei in aliquo loco nō ſequi- tur realis præſentia & exiſtentia Dei in illo. Reſpōdent aliqui, ex actione Dei inferri hanc præ- ſentiam non vtique, ſeu adiunctis propriis cō- ditionib. Dei in agendo, ſ. q. agit vt primū, prin- cipale & perfectiſſimum agens; nam inde ſequi- tur agere infinita virtute, & conſequeret eſſe vbi operatur. Et in idem ſere redit quod alii reſpon- dent, ex actione ſcilicet Dei in aliquo loco, in me- diatè ſequi aut Deum ibi eſſe, aut virtute infinita operari; q. ſi dicitur primum, habetur intentum: ſi aut dicitur ſecundum, ex hoc ipſo inferret eſſe aliud, quia virtus infinita non ex indigentia, ſed ex per- fectione ſecum aſſert hanc præſentiam ad rem in qua operatur. Veruntamen hoc reſponſio in primis diuertit ab intentione propoſita, quia non demonſtrat vbiſque inuenſam Dei ex actione, ſed ex infinitate, quod perinat ad poſteriorem viam de- monſtrandi infra tractandam. Et deinde non eſt per ſe euidens illa conſequentia, in qua ex infinita virtute ad agendum inferitur immenſitas: nam hæc ſunt veluti quæritates diuerſarum rationum, ſicut inenſo, & extenſio: nam infinitas virtutis actiua eſt quali intenſiua, immenſitas verò eſt quali infinita extenſio, vnde non eſt euidentè hæc ex illa ſequi, niſi ad aliud prius mediū reuocetur.

B Tertio principaliter augetur difficultas, quia, licet omne agens immediatū debeat eſſe coniun- ctum effectui, non tamen quodlibet eodem mo- do. Eſt enim quoddam agens immediatum (vt aiunt) immediatione ſuppoſiti, aliud immediatio- ne virtutis; de illo admitti pot debere per ſe ip- ſum eſſe coniunctum paſſo. de hoc verò mini- mè: ſatis. n. eſt vt virtus eius ſit paſſo connecta; ergo ex actione Dei non poteſt definitè colligi Deū per ſe ipſum eſſe immediatè in omnibus, ſed vel per ſe, vel per virtutē ſuam. Niſi fortalle ſupponatur, Deum agere in omnibus immediatè immediatione ſuppoſiti, quod non eſt euidentè, imò à multis et Catholicis & Thomiſt ſ negatur. Reſpōdent aliqui, eſſe Deum agere immediatè immediatione virtutis, ſatis inde inferri per ſua ſubſtantia ad eſſe ſuis effectibus, quia virtus eius non eſt aliud à ſubſtantia eius. Sed contra, nā & eſt virtus propria ſeu innata agenti, & eſt virtus diſtufa, vt in Sole lux eſt virtus innata, in ſtuenſia verò aliqua eſt virtus diſtufa. De priori verū eſt virtutē Dei eſſe ſubſtantiam Dei, in cum dicitur immediatè agere immediatione virtutis, ſi diſtin- guendum hoc eſt ab immediatione ſuppoſiti, (non poteſt intelligi de virtute propria & innata, ſed de diſtufa.) Hæc autem non eſt idem cum ſubſtantia Dei, vt per ſe conſtat: ergo ex actione Dei non poteſt colligi Deū eſſe in omnibus per ſuam ſubſtantiam ſeu virtutem innatā, quod idè eſt ſed ſolum per virtutem diſtufam.

D Tom. 2. E 3 Quarto

III. Qui & qua- liter & im- pugnet Scotus. Ocham. Gabriel.

Qui & qua- liter & im- pugnet Scotus. Ocham. Gabriel.

Agredi- tur VII.